Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

1 K.6

1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ARITHMETICA
RATIONALIS.

Men

XI MENG.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ARITHMETICÆ RATIONALIS ELEMENTA QVATVOR

PETRI MENGOLI

Prioris S. Magd. I. V. & Art. D. Colleg. & Mechanici Bononien.



BONONIÆ, M. DC. LXXIV.

Typis Hæredis Victorij Benatij. Superiorum permissu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Seneca ad Lucil. Epist. 90.

REm vtilem desideras, & ad sapientiam properanti vtique necessariam, diuidi Philosophiam, & ingens corpus eius in membra disponi. Facilius enim per partes, in cognitionem totius adducimus. Et infra. *Philosophiam in partes, non in frusta diuidam. Diuidi enim illam, non concidi vtile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima, ita & minima, difficile est. Describitur in tribus populus, in centurias exercitus. Quidquid in maius creuit, facilius agnoscitur, si discessit in partes: quas (vt dixi) innumerabiles esse, & paucas non oportet. Idem enim vitij habet nimia, quod nulla diuisio. Simile confuso est, quidquid vsque in puluerem sectum est.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Berous vol. 1. Consil. 100. num. 4.

DOCTORI BENE DISTINGVENTI CREDENDVM EST, CVM *secundum Senecam*, BENE DISTINGVENS PROXIMVS SIT VERITATI.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Præmonitio ad Lectorem.

QVidam noſtra intelligunt, pauci admodum; quidam non intelligunt, plurimi. Sed ex his aliqui viuidioris, & ſubtilioris Mineruæ, ſi non ſuperbè ſaperent, ſi non per ſaltum, neque curſim, ſed humiliter, patienter, attentè legerent, proculdubio intelligerent; ij præſertim, qui Mathematicæ diſcendi methodo aſſueuerunt: nam in ſingulis noſtris, diſciplinæ fæcunditas infinita, eſt intelligibilitatis argumentum irrefragabile. Qui ſi nolunt: quod ſibi ſentiant obſcura eſſe, quæ tradimus; non vitio noſtro vertant. Nam & Iuriſprudentum dicta, & Medicorum textualium, ſibi ipſis, antequam aſſueſcerent, pariter videbantur obſcura eſſe. Deinde meminerint hoſce libros à nobis, aut nullo, aut vili pretio habuiſſe. Neque enim putauimus in vulgus vendenda eſſe, quæ paucis permiſſum eſt intelligere. Alijs verò, qui nec poſſunt noſtra hæc ſublimiora noua intelligere (nam ne in quorumlibet manus veniant, impoſſibile eſt prohibere) ſi qui forte ſperabant, allecti titulo libelli, ſibi tradi quidquam ex Arithmetica numerali; appendicula hic ſatisfaciam non contemnenda.

Problema Arithmeticum.

INuenire tres quadratos, vt duorum quorumlibet interuallum ſit quadratus, & interuallum laterum ex duobus quibuslibet ſit etiam quadratus.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Aliud Problema Arithmeticum.

QVatuor numeros inuenire, quorum primus ad secundum, maior sit, quam tertius ad quartum: vt summa quadratorum primi, & secundi, sit quadratus; & summa quadratorum tertij, & quarti, sit quadratus; & productus ex quatuor sic inuentis, sit quadratus.

Fiat tabula ex duabus columnis, vt bini numeri sint è regione, in vna, & in altera columna, quorum summa quadratorum quadratus. In prima ergo columna sunt omnes numeri à ternario, 3, 4, 5, 6, & deinceps. In secunda columna sunt 4, 3, 12, 8, & deinceps, vt infra, Initium tabulæ est huiusmodi.

3	4
4	3
5	12
6	8

Porro in secunda columna alterni à primo sunt, vt 1 ad 3, vt 2 ad 4, vt 3 ad 5, vt 4 ad 6, & deinceps; nempe 4, 12, 24, 40, 60: reliquorum alterni à secundo sunt, vt 1 ad 5, vt 3 ad 7, vt 5 ad 9, vt 7 ad 11, & deinceps; nempe 3, 15, 35, 63, 99: reliqui à quarto sunt, vt 1 ad 3, vt 2 ad 4, vt 3 ad 5, vt 4 ad 6, & deinceps; nempe 8, 24, 48, 80, 120, dupli alternorum à primo.

Rursum ex antecedentibus in prima columna fiunt eorum consequentes in secunda, his regulis. Si antecedens est impar; proximi minor semisse, & maior toto, producunt consequentem: si antecedens est 7; ex 3, & 8, productus 24, est consequens: si antecedens est 9; ex 4, & 10, productus 40, est consequens. Si antecedens est par, proximi minor, & maior semisse, producunt consequentem: si antece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

tecedens eſt 10; ex 4, & 6, productus 24, eſt conſequens: ſi antecedens eſt 16; ex 7, & 9, productus 63, eſt conſequens.

His addo quod ſi antecedens eſt impar, ſumma quadratorum antecedentis, & conſequentis, eſt quadratus à latere vnitate maiore, quam ſit conſequens: ita ſumma quadratorum 7 antecedentis, & 24 conſequentis, eſt quadratus à 25; & ſumma quadratorum 9 antecedentis, & 40 conſequentis, eſt quadratus à 41. Sed ſi antecedens eſt par, ſumma quadratorum antecedentis, & conſequentis, eſt quadratus à latere binario maiore, quam ſit conſequens: ita ſumma quadratorum 10 antecedentis, & 24 conſequentis, eſt quadratus à latere 26; & ſumma quadratorum 16 antecedentis, & 63 conſequentis, eſt quadratus à 65.

Oportet autem hanc tabulam ita conſcribere, vt nonniſi primi numeri appareant: nempe, aut ipſi, ſi ſunt primi, aut ex quibus primis ipſi ſunt compoſiti. Et erit initium tabulæ huiuſmodi

3.	2, 2.
2, 2.	3.
5.	2, 2, 3.
2, 3.	2, 2, 2.
7.	2, 2, 2, 3.
2, 2, 2.	3, 5.
3, 3.	2, 2, 2, 5.
2, 5.	2, 2, 2, 3.
11.	2, 2, 3, 5.
2, 2, 3.	5, 7.
13.	2, 2, 3, 7.
2, 7.	2, 2, 2, 2, 3.
3, 5.	2, 2, 2, 2, 7.
2, 2, 2, 2.	3, 3, 7.
17.	2, 2, 2, 2, 3, 3.
2, 3, 3.	2, 2, 2, 2, 5.
19.	2, 2, 3, 3, 5.
	2, 2, 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

2, 2, 5.	3, 3, 11.
3, 7.	2, 2, 5, 11.
2, 11.	2, 2, 2, 3, 5.
23.	2, 2, 2, 3, 11.
2, 2, 2, 3.	11, 13.
5, 5.	2, 2, 2, 3, 13.
2, 13.	2, 2, 2, 3, 7.
3, 3, 3.	2, 2, 7, 13.

quæ poterit in infinitum produci.

Iam ergo tentando, quiſque poterit inuenire facile quatuor numeros non proportionales, binos, & binos, quorum productus quadratus. Huiuſmodi autem duo tantum ſunt exempla in tabula, quatenus vt ſupra producta. Nam quatuor non proportionales, duo, antecedens 2, 2, 3, & conſequens 5, 7, & duo, antecedens 3, 5, & conſequens 2, 2, 2, 2, 7, producunt quadratum; nempe 12, 35, 15, 112. Item quatuor non proportionales, duo, antecedens 13, & conſequens 2, 2, 3, 7; & duo, antecedens 3, 3, 3, & conſequens 2, 2, 7, 13, producunt quadratum; nempe 13, 84, 27, 364.

Quare quatuor numeri 112, 15, 35, & 12, ſoluunt ſecundum problema. Nam 112 ad 15, maior eſt, quam vt 35 ad 12. Et ſumma quadratorum 112, & 15, eſt quadratus 113. Et ſumma quadratorum 35, & 12, eſt quadratus 37. Et productus ex quatuor 112, 15, 35, 12, eſt quadratus producti ex 2, 2, 2, 3, 5, 7, nempe 840. Item ſi vice 112, & 15, ſumantur æque proportionales; & vice 35, & 12, æque proportionales, tum alterutrimque, tum vtrimque ſumpti, variant & æquè ſoluunt problema.

Similiter quatuor numeri 364, 27, 84, & 13, ſoluunt idem problema. Nam 364, ad 27, maior eſt, quam 84 ad 13: & ſumma quadratorum 364, & 27, eſt quadratus 365: & ſumma quadratorum 84, & 13, eſt quadratus 85. Et productus ex 364, 27, 84, 13, eſt quadratus producti ex 2, 2, 3, 3, 7, 13, nempe 3277. Item æque proportionales 364,

& 27,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

& 27, aut 84, & 13, alterutrimque, vel vtrimque ſubſtituti, variant, & æque ſoluunt problema.

Poſſunt ergo tentando, in tabula in infinitum producta, quatuor numeri inueniri, primus, ſecundus, tertius, & quartus, p, s, t, q: quorum p ad s, maior ſit, quam vt t ad q: & quorum $p2 + s2$ quadratus; & $t2 + q2$ quadratus; & $pstq$ quadratus. Poſſunt etiam variari, per æque proportionalium ſumptiones, ad eiuſdem ſolutionem problematis $3p, 3s, 2t, 2q$; aut $5p, 5s, 7t, 7q$, & aliter quocunque modo.

Pro ſolutione autem primi problematis, oportet quatuor huiuſmodi numeros inuenire, quorum primus maximus omnium. Nam ſemidifferentia inter aggregatum quadratorum, à producto primi, & tertij, & producto ſecundi, & quarti, & aggregatum quadratorum, à producto primi, & quarti, & producto ſecundi, & tertij, eſt minimus quidam numerus: cui additus quadratus differentiæ productorum à primo, & quarto, & à ſecundo, & tertio, facit medium quemdam numerum: & cui medio additus quadruplus productus à primo, ſecundo, tertio, & quarto, facit maximum numerum: quorum minimi, medij, & maximi, tres quadrati ſoluunt primum problema.

Minimus inquam numerus eſt $p2t2 + s2q2 - p2q2 - s2t2$ (2). Minimo additus $p2q2 - 2pstq + s2t2$, facit medium. Medio additus $4pstq$, facit maximum. Quorum ex conſtructione patet minimi, & medij differentiam eſſe quadratum à radice $pq - st$. Et quia $pstq$, eſt quadratus ex hypotheſi, patet $4pstq$, eſſe quadratum, differentiam medij, & maximi. Et eſt minimi, & maximi differentia $p2q2 + 2pstq + s2t2$, quadratus à radice $pq + st$.

Rurſum minimi & medij, ſumma eſt $p2t2 - 2pstq + s2q2$, quadratus à radice $pt - sq$. Minimi, & maximi, ſumma eſt $p2t2 + 2pstq + s2q2$, quadratus à radice $pt + sq$. Medij, & maximi ſumma eſt, $p2t2 + s2q2 + p2q2 + s2t2$,

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

productus à $p\,2 + s\,2$ quadrato, per $t\,2 + q\,2$, quadratum, & ipſe quadratus.

Sed quorum ſumma, & differentia ſunt quadrati, eorum à ſumma, & differentia productus, differentia eſt quadratorum, & ipſe quadratus. Ergo minimi, & medij; minimi, & maximi; medij, & maximi, differentiæ quadratorum ſunt quadrati: & à minimo, medio, & maximo ſic vt ſupra inuentis, tres quadrati ſoluunt primum problema.

Itaque pro quatuor numeris ſecundi problematis 112, 15, 35, 12, tres numeri ſunt $6658419\frac{1}{2}$, $7329180\frac{1}{2}$, $10151580\frac{1}{2}$; vel eorum quadrupli 26633678, 29316722, 40606322, quorum quadrati, ſatisfaciunt primo problemati.

Itē pro quatuor numeris ſecundi problematis 364, 27, 84, 13, tres numeri ſunt $453739664\frac{1}{2}$, $459810960\frac{1}{2}$, $502739664\frac{1}{2}$, vel eorum quadrupli 1814958658, 1839243842, 2010958658, quorum quadrat, ſatisfaciunt primo problemati.

PRÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Illustrissimo, & Sapientissimo Viro

D. ANTONIO MALIABECHI,

Serenissimi Magni Etruriæ Ducis Bibliothecario,

Domino suo maximè recolendo,

Petrus Mengolus Mechanicus Bonon. S. D.

1 *Opus cæpi grande nimis, Vir Illustriss. & Sapientissime, cui me imparem nunc primùm sentio, cum mihi contigit experiri,* non esse bonum hominem esse solum: *postquam Illustrissimus D. meus Hercules de Zanis Nob. Bonon. ad indulgentias Romam peregrinatus, in solitudine S. Magdalenæ me dereliquit.*

2 *Vita hominis, Astrologorum mensura, quadrantalis, ad nonagesimum videtur extendi gradum: augeri vsque ad quadragesimum quintum, deinde minui. Quadragesimus quintus annus virium est aux, & vitæ.*

3 *Musicam, & Annum ante, & prope augem scripsi, & hanc Arithmeticam meditabundus cæpi: sed perficere post augem solus non valeo. Et licet mihi genius esset, & ingenium Atlantis, non tamen sine Hercule systema mundi portatem.*

4 *Deinde hominibus nihil fidendum, valetudini obnoxijs, & furtiuæ morti: qui alijs etiam, præter studia, negotijs, ciuili necessitudine distenduntur, & diuagantur.*

5 *Porro ne contingat labores nostros in rei litterariæ profectum publicum susceptos, inopinato casu perire, conueniens iudicaui, tibi, Vir Illustrissime, communicare: qui & propria indole ad bonas artes affectus bene, & ex officio aptè tibi à Serenissimis Principibus commisso, studiosorum labores colligis, & conseruas.*

6 *Sunt autem huiusmodi communicationis partes, & præfationes ad Arithmeticam Realem tres. Prima Logica de inuentione,*

 hucus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

hucusque perfecta, & consummata, quam immutare non est possibile, totam regulans compositionem.

7 *Aliæ duæ de ipsa compositione sunt. Secunda Metaphysica, de rebus prima, secunda, tertia, alijsque, & de re nouissima, super tractatu iam conscripto, & partim prælo commisso, partim propemodum committendo, parum, vel nihil immutando.*

8 *Tertia est Phisica, super tractatibus nondum per extensum conscriptis, & præter ea, quæ in Musica, & Anno contemplabamur, adhuc in meditatione nostra inordinatis, & dubijs.*

PRÆFATIO LOGICA.

9 *TRifariam sunt, quæ cognoscimus; sensibilia, intelligibilia, & diuina: sensibilia, dubitanter, intelligibilia, euidenter; diuina, ineuidenter, & indubitanter, Deo scilicet reuelante, perspicimus.*

10 *Intelligibilia sunt, numerus, & ordo; ratio, & proportio; duratio, & tempus; locus, & situs; quantitas, & figura; pondus, & resistentia; momentum, & motus: de quibus disciplinæ sunt euidentes, Arithmetica, Logica, Geometria, Mechanica.*

11 *Intelligibilium vsus duplex: alter, ad sensibilia, minùs dubitanter; alter, ad diuina, minus ineuidenter cognoscenda.*

12 *In priori vsu, conceptum intelligibilem rei sensibili affingimus: perquirimus euidentes illius proprietates: quæ si fortè non respondent rei apparentijs, illo conceptu dimisso, alium fingimus; donec aliquem possimus reperire, cuius proprietates, omnibus rei apparentijs conueniant.*

13 *Sed non est possibile, de re sensibili, tollere omnem prorsus dubitationem: tùm quia non omnem aduertere possumus cuiusque rei apparentiam; tùm quia in singulis apparentijs, inter præcisè, & præter propter hæsitamus.*

14 *Hac nihilominus methodo, multum profecerunt Astronomi, Musici, Optici, qui sensibiles res, minùs dubitanter cognouerunt, & longè minùs, quam Physici, qui sine intelligibilium vsu conceptuum, sensibilia pertractant.*

15 *Vsum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

15 *Vsum posteriorem, saltem in tractatu pleno non legi: quem tamen, ex diuina authoritate, possibilem esse cognoui. Sap.* 13.5. A magnitudine enim speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. *Et Rom. p.* 20. Inuisibilia Dei, à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. *Magnitudo enim genus quoddam intelligibilium est: & ipsa intelligibilia oportet esse, per quæ intellecta, Deus cognoscitur.*

16 *Immo & hunc posteriorem vsum, illo priori faciliorem esse. Sap.* 13.9. Si enim homines tantum potuerunt scire, vt possent æstimare sæculum: quomodo huius Dominum non faciliùs inuenerunt?

17 *Duæ autem sunt illius prioris vsus difficultates. Sap.* 9.14. *Vna.* Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ: *nempe dubietas applicationis rei intelligibilis ad rem sensibilem. Altera.* Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem: *idest multitudo eorum, quæ in re sensibili concurrunt obseruanda.* Ideoque difficile æstimamus quæ in terra sunt; & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore.

18 *Huius ergo posterioris vsus, duæ oppositæ sunt facultates: vna, ex parte certitudinis diuinorum, quæ indubitanter cognoscimus; altera ex parte paucitatis, quorum cognitio, argumento à posteriori, deducitur in consequentiam.*

19 *Quibus tertia potissima facultas accedit, ex diuina reuelatione. Iis enim, qui in diuinorum nocte arcanorum, naturali euidentia intelligibilium, tanquam lucernæ lumine, vti volunt, facientibus, quod in se à Deo est, Deus non denegat gratiam fidei, ex qua etiam viuere possint.*

20 *Nos verò Catholica Romana fide instructi, tanquam Sole inter nebulas affulgente, nihil horum intelligibilium indigemus: per scripturas enim canonicas, & Sanctorum Patrum doctrinam, longe plus prouisum est nostræ imbecillitati, quam per humanas disciplinas possit.*

 21 *Sed*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

21 *Sed ad oues, quas habet bonus Pastor, quæ non sunt ex hoc ouili, adducendas aliunde, intelligibilibus omnium gentium verbis vtendum est, conuenienter; exemplo etiam in Chinensis Ecclesiæ fundatione nouissimo: vt possibiles, & captui faciles fidei articulos primùm perspiciant; deinde velint ipsam Pastoris vocem audire.*

22 *Et nunc maximè, quando & alieni quidam, & ex nobis ipsis, exurgunt lupi rapaces, non parcentes gregi, qui & nostras oues conantur subuertere, mechanica instruentes molimina, rerumque systemati affingentes: quibuscum diuinus videtur sermo impossibilis, vel certè durus.*

23 *Quinimmò & nostris Sacerdotibus, & Theologis, euidentiæ naturalis, quæ per solas puras Mathematicas acquiritur, ignorantiam obiectare non verentur; manifestosque errores Philosophorum: quorum placitis, nostri, ad explicandos fidei articulos vtuntur.*

24 *Ego itaque seruus Dominus N. Iesu, vocatus Mechanicus, multorum in hoc vnum argumentum annorum studia contuli, vt systema rerum omnium ordinarem: quocum, per ea, quæ facta sunt, intellecta, possibile superueniat Euangelium, & facile.*

25 *Methodum ab Astronomo accepi. Supponit ille suas aliquas, & proauorum obseruationes, de aliquo planeta: concipit deinde aliquam intelligibilem regulam motus: conceptum, propositi planetæ motui affingit: examinat, si potest, suppositas obseruationes probare calculo, ex afficto conceptu; si non potest, mutat conceptum, donec aliquem aptissimum omnium conceptum inuenire possit, pro tali examine: pari deinde calculo, ex eodem vltimo conceptu afficto, æstimat sæculum, & futuras prædicit obseruationes, ad vsum pronepotum satis valituras. Nam à quot annis fundata est astronomica moles, ad totidem solet annos permanere.*

26 *Ad constituendam ergo Astronomiam concurrunt: primò, fides humana obseruationum sensibilium, dubia, & fallibilis, & non nisi circiter vera: secundò, conceptus intelligibilis omnino*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

nino verus in mente intelligentis, cuius pro parte, scientia euidens est, omni prorsus dubitatione remota: tertiò, applicatio conceptus ad propositi planetæ motum, prorsus dubia: constat enim iam plurimis argumentis, falsas esse antiquorum primæ classis Astronomorum applicationes huiusmodi.

27 *Itaque conclusiones Astronomicæ, duplici dubitatione sunt implicatæ: argumento ab exemplis, falsæ; & nonnisi de præter propter, veræ, ad aliquot sæcula probabiliter, & non vltra.*

28 *Quas inter, illæ ipsæmet reputantur suppositæ obseruationes, quasi demonstratæ, ex concepto motu planetæ; quorum tamen suppositioni certò certius ille plus defert, quam sui ipsius conceptus applicationi ad planetam: quod ideo patet, quia obseruationibus adhæsit constanter, & conceptus mutauit.*

29 *Immo & quantum attinet ad suppositas obseruationes, ostensio est circularis, quæ suppositionum dubietatem ipsa per se non imminuit: sed alijs obseruationibus, necesse quidem est dubietatem imminui; sed nisi per obseruationes innumerabiles, idest, per omnes omnifariam possibiles, omnino tolli est impossibile.*

30 *Hoc exemplo monstrante viam, fidei articulos indubitanter assero, ex diuina reuelatione; sicut ille asserit præteritas obseruationes, ex humana traditione. Deinde concipio aliquod intelligibilium omnium systema grande. Conceptum systema, sensibilium, & diuinarum rerum systematis affingo.*

31 *Examino si possum, fidei articulos, ex concepto affecto grandi systemate. Sed cum pluries mihi contigerit, non posse vnum, vel alterum articulum probare; conceptum subuerti statim: & iam assueui, mihi ipsi nihil credere. Nam & mihi conscius sum, multos hucusque meos pulcherrimos conceptus, in obsequium fidei suppressisse.*

32 *Sed non in hoc iustificatus sum, inuento systemate maximo intelligibilium omnium, scriptis præsentibus exarato; vnde*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

de ni fallor, omnes, qui mihi occurrerunt, fidei articulos explano.

33 *Nam ad hoc systema constituendum concurrunt. Primò, diuina fides articulorum ineuidens, licet indubia. Secundò, conceptus intelligibilis verus, vt æstimo, in mea mente. Tertiò, applicatio ad rerum omnium systema, prorsus dubia.*

34 *Conclusiones, quas ex hoc deduco systemate, vna saltem dubitatione sunt implicatæ, ex parte applicationis ad systema rerum; & vna saltem ineuidentia, ex parte articulorum fidei: inter quas ipsos etiam articulos fidei, ita quasi ostendo, vt ijs longè plus deferam, quam dubiæ applicationi systematis ad systema.*

35 *Sed & quantum ad ipsos attinet articulos, ostensio est circularis quæ per se, eorum non imminuit ineuidentiam: sed alijs suffragantibus articulis, vel qui hucusque mihi non occurrerunt, vel qui hucusque non sunt reuelati, necesse est ineuidentiam imminui, ex inuicem comparatione.*

36 *Sed nisi Deus ipse omnia reuelauerit, quæ reuelabilia sunt; omnesque articuli possibiles suffragentur: ineuidentia tolli non potest. Præterquam quod ipsa dubietas applicationis adhuc manet, donec omnia, & diuina, & sensibilia, & ipsamet intelligibilia omnifariam, nostræ mentis oculis nuda sint, & aperta.*

37 *Sed si mihi occurrerit cum vno ex articulis fidei manifesta aliqua contradictio; iam assueui, & paratus sum, cum fideli Abraham, hunc meum conceptum Isaac, quem diligo, mactare Deo; & diuino afflante spiritu, in holocaustum offerre, salua etiam spe futuræ multæ propaginis.*

38 *Nam ex multis hucusque similiter oblatis conceptibus, quinque indolis optimæ suscepi partus, quos iam coram omnibus produxi: tres ex genere intelligibilium; vnum de quasi rationibus Elementum quintum Geometriæ Speciosæ; alterum, Circulum, ex quo, nepotes logarithmos, penes me retinui; & nouissimè tertiam, Arithmeticam Rationalem; qui, ad præcellentem omniformis animæ nostræ conditionem cognoscendam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

dam, conferre plurimùm videntur: duos, ex genere sensibilium, Musicam Speculatiuam, & Annum; qui pro immortalitate animæ viuunt, & pro Terræ stabilitate subsistunt.

39 Sicut ergo Astronomia obseruationibus, ita hæc mea qualiscunque rerum omnium Arithmetica, fidei articulis innititur: & sicut illa obseruationibus, ita hæc etiam articulis confirmatur: vt & illa omnino sit obseruationibus posthabenda; & hæc, articulis.

40 Immo hæc ipsa systematica compositio, exercitium quoddam est diuinæ fidei, quòd bono potest esse inter Catholicos Romanos: alijs verò potest esse, quasi lucerna in nocte; donec nascenti demum affusa Auroræ dispereat, & in futuræ diei lumine absorbeatur.

41 Huius doctrinæ apta methodus est Mathematica, sicut Astronomiæ: & pro breuitate simul, & facilitate, apta est maximè intelligentiæ methodus: qua tunc primùm assumo terminum, & positionem, cum primùm ijs mihi vtendum est: & sic ordino conclusiones, vt singularum, ferè singuli sint medij termini declarationis.

42 Necesse ergo est, quod termini sint Mathematici: qui conceptus explicant intelligibiles, ita vt in animo cognoscentis euidentes sint, & indubij.

43 Positiones quoque oportet Mathematicas esse, de ijsdem terminis intelligibilibus; ideoque indubias, & euidentes: vnde conclusiones indubiæ similiter fiant, & euidentes.

44 Et quia diuinæ fidei articuli, significantur vocabulis, quæ videntur secundum suam proprietatem rerum sensibilium esse, sed pro sensu Ecclesiæ, Sanctorumque Patrum ad diuina transferri: necesse est in terminis Mathematicis duas res, diuinam, & sensibilem, pari explicare conceptu intelligibili: vt de re sensibili propriè quidem, sed cum multorum admixtione concurrentium ad rem sensibilem componendam; de re verò diuina, magis propriè, & omnino purè intelligatur.

45 Necesse est etiam pro applicatione systematis ad systema, quasdam apponere suppositiones dubias, & ineuidentes: quarum

ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

admixtione, tota hæc systematica compositio, dubia sit, & ineuidens. Pertinet autem ad methodi artem nostram, vt vel vna tantùm sit suppositio; vel quantum fieri poterit, sint suppositiones paucissimæ.

46 *Quoniam verò totum hoc systema, & singulæ illius partes, illo maximo, & primo fidei articulo, quasi solidæ basi, grauitatisque centro superædificantur, quo seipsum Deus Optimus Maximus, nobis, per intelligibiles terminos reuelauit, vnum, & trinum, ad Arithmeticam pertinentes: animaduerti totam hanc tractationem Arithmeticam esse, & proprio etiam Arithmeticæ methodo intelligentiæ, per paucissimas conclusiones tradi posse.*

47 *Quæ cum rebus omnibus applicata sit Arithmetica, & subtilissimis ex contemplationibus concinnata, Realis Arithmetica, iure optimo nuncupatur, & numeris, apicibus, terminis, positionibus, suppositionibus, & punctis, distinguitur.*

48 *Huius Arithmeticæ forma est ordo; materia, sunt res; totum subiectum ipsæ sunt res ordinatæ; vnde & eius partes præcipuæ sunt, Arithmetica de re prima, Arithmetica de re secunda, Arithmetica de rebus tertia, quarta, quinta, alysque deinceps innumerabilibus intelligentijs, Arithmetica de re nouissima: quam necesse est priorem aliquam Arithmeticam præcedere de rebus in ordine ad nouissimam rem.*

49 *Tota ergo hæc Realis Arithmetica, vel de vna re prima est, à qua omnis res est; vel de duabus est rebus prima, & nouissima, propter quas omnis alia res est: quæ præcipuum sunt huius doctrinæ subiectum: quarum ab vna prima, & quibus in duabus Alpha, & Omega, principio, & fine, totum pendet systema.*

50 *Vnde placuit breuiter totam sequenti tetrastico complecti.*

Sunt vnum tria, sunt duo; sed non quatuor: vnus
Ordo est omnium; & ars ordinis vna mihi.
Tota dies, labor vnus, ab vno pane: futuram
Qui mihi pars ad cœnam optima salua manet.

PRÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

PRÆFATIO.

NVmerorum doctrina, præ omnibus naturaliter perſpecta, intelligentia potius mihi videtur, quam ſcientia: nam ſemper, tametſi nouas, & admirabiles, tamen immediata faciles euidentia, profert concluſiones exquiſitoribus.

Huius vnam partem numerorum, quos numerantes vocant, faliciter ab anteceſſoribus Mathematicis inſtitutam accepi, & in Opuſculis Via Regia, Nouæ Quadraturæ, Geometria Speciosa, Circolo, Muſica Specolatiua *nuncupatis, promoui. Alteram vero potiorem partem numeratorum numerorum, non habens, quæſiui; & ecce inueni: quam in vltimo Opuſculo* Anno, *tunc meditabundus pollicebar; atque hic ſtudioſis veritatis lubens offero.*

Subdiuiditur hæc pars in duas Arithmeticas, Rationalem, *&* Realem. Rationalem *voco à rationibus numeratis:* Realem, *à rebus.*

Rationalis *mihi accidit, ex vſu longo Spe-*

 cioſæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ciosa Algebræ: quo animaduerti, quod in communi Logica, à Philosophis hucusque vsurpata, quæ Organum dicitur Aristotelis, vna pars princeps artis vacat, de diuisione. Quo in loco nostra hæc esse deinceps poterit Arithmetica.

Itaque ad euidentiam, Mathematica vsus methodo elementari, quæ ipse quoque Aristoteles in libris Priorum, quatuor Arithmeticæ Rationalis elementa composui, quatenus ostenderem, hanc nostram contemplationem, innumerabilium theorematum fœcundam esse.

Realem Arithmeticam, mihi diuinitus traditam, luminique affusam naturæ (non enim est abbreuiata manus Domini) alia posterius methodo intelligentiæ propria, per descriptiones, & diuisiones, ex Rationali scilicet Arithmetica, conferam in commune, si per Principum licentiam potero.

ARI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ARITHMETICÆ RATIONALIS ELEMENTVM PRIMVM.

DEFINITIONES.

1 SIgnum eſt, quo vtimur ad ſignificandum.
2 Significabile eſt, quod ſigno aliquo ſignificamus.
3 Signa ſunt, in voce, in ſcripto, in nutu, in geſtu, & picta, & ſculpta, in phantaſia, in mente, in alioue quolibet exteriori, aut interiori ſignificandi inſtrumento.
4 Terminus dicetur, ſignum in mente. aliàs, Ratio.
5 Terminabile dicetur, termino ſignificabile.
6 Congruentes dicentur duo termini, quorum alterutro omne terminabile, eſt & altero terminabile.
7 Contradictorij dicentur duo termini, quorum omne non alterutro terminabile, eſt altero terminabile.
8 Duorum terminorum dicetur vnus in altero contineri, quorum vno omne terminabile, eſt & altero terminabile; ſed non è contra.
9 Vnus quidem dicetur, Contentus.
10 Alter verò, Continens.
11 Contrarij dicentur duo termini, quorum alteruter, in alterius contradictorio continetur.
12 Aduerſi dicentur duo termini, quorum alteruter, alterius continet contradictorium.
13 Diuerſi dicentur duo termini, qui neque congruentes, neque contradictorij ſunt, neque continens, & contentus, neque contrarij, neque aduerſi.
14 Supremus dicetur terminus, qui in nullo alio termino continetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

15 Ex duobus terminis, limitatus vnus terminus dicetur, quo ſignificamus id ſolùm, quod vtriſque ſimul eſt terminabile.

16 Ex tribus, aut pluribus terminis, limitatus vnus terminus dicetur, quo ſignificamus id ſolùm, quod ſimul omnibus eſt terminabile.

17 Et ex quibus limitatus eſt terminus, limitantes dicentur.

18 Ex duobus terminis cumulatus vnus terminus dicetur, quo ſignificamus omne terminabile, quod eſt alterutro terminabile, & non aliud quidpiam.

19 Item ex tribus, aut pluribus terminis, cumulatus vnus terminus dicetur, quo ſignificamus omne, quod eſt ſingillatim omnibus terminabile, & non aliud quidpiam.

20 Et ex quibus cumulatus eſt terminus, cumulātes dicētur.

AXIOMATA.

1 SI trium terminorum primus congruit ſecundo, & ſecundus tertio: etiam primus congruit tertio.

2 Quod ſi primus congruit ſecundo, & ſecundus in tertio continetur: etiam primus in tertio continetur.

3 Item ſi primus in ſecundo continetur, & ſecundus tertio congruit: primus in tertio continetur.

4 Quod ſi primus in ſecundo continetur, & ſecundus in tertio: etiam primus in tertio continetur.

5 Limitatum ex aliquot terminis, limitant ex ijſdem omnibus, quomodolibet aſſumptis, termini limitati.

6 Cumulatum ex aliquot terminis, cumulant ex ijſdem omnibus, quomodolibet aſſumptis, termini cumulati.

POSTVLATA.

1 POſtuletur, vt dati cuiuſque termini non ſupremi, contradictorium terminum aſſumere concedatur.

2 Et ex datis duobus non contradictorijs, neque contrarijs quibuſque terminis, limitatum aſſumere.

3 Et ex datis duobus quibuſque, cumulatum aſſumere.

THEO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

THEOREMA PRIMVM. PROPOSITIO PRIMA.

Contradictorij congruentium, ſunt congruentes.

Hypotheſis.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & ſunto congruentes *A*, *B*.

Dico etiam *a*, *b*, congruentes eſſe.

Demonſtratio.

def. 6. Si *a*, *b*, non ſunt congruentes; non omne terminabile alterutro *a*, *b*, erit altero terminabile: aſſignabitur ergo *c*, terminabile termino *a*, & non terminabile termino *b*: ergo *c*, erit terminabile termino *B*, & non terminabile termino *A*: ergo *A*, *B*, non erunt congruentes; contra hypotheſim. Ergo *a*, *b*, ſunt congruentes. Quod demonſtrare oportebat.

def. 7.

def. 6.

Quare contradictorij congruentium, ſunt congruentes.

Theor. 2. Prop. 2.

Contradictorij contradictoriorum, ſunt contradictorij.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & ſunto contradictorij *A*, *B*.

Dico etiam *a*, *b*, contradictorios eſſe.

Demonſtr.

def. 7. Omne terminabile termino *a*, eſt terminabile non termino *A*, & eſt terminabile termino *B*, & eſt terminabile non termino *b*. Simili ratione oſtendetur, quod omne terminabile non termino *a*, eſt terminabile termino *b*. Et è conuerſo omne terminabile termino *b*, eſt terminabile non termino *a*. Et omne terminabile non termino *b*, eſt terminabile termino *a*. Ergo *a*, *b*, ſunt contradictorij. Quod, &c.

Quare, &c.

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 3. Prop. 3.

Contradictorius continentis, continetur in contradictorio contenti.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & *A* contineat ipsum *B*. Dico *a* contineri in *b*.

Demonstr.

Omne terminabile termino *a*, vel est etiam terminabile termino *b*, vel non: si non; assignabitur *c*, terminabile termino *a*, & non termino *b*; ideoque terminabile termino *B*, & non termino *A*; ergo *B*, non continebitur in *A*, contra hypothesim. Omne ergo terminabile termino *a*, est etiam terminabile termino *b*: sed & vel è conuerso, vel non. Si è conuerso; erunt *a*, *b* congruentes: quorum contradictorij *A*, *B*, erunt congruentes: & non *A* continet ipsum *B*, contra hypothesim. Ergo omne terminabile termino *a*, est etiam terminabile termino *b*, & non è conuerso. Ergo *a*, continetur in *b*. Quod, &c.

def. 7. def. 8. def. 6. p. h. def. 6.

Quare, &c.

Theor. 4. Prop. 4.

Contradictorij contrariorum, sunt aduersi.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*, *B*, *b*: & sunto *A*, *B*, contrarij. Dico *a*, *b*, esse aduersos.

Demonstr.

A in *b*, continetur; & *B* in *a*: & *b*, continet *A*; & *a* continet *B*: ideoque *a*, *b*, sunt aduersi. Quod, &c.

def. 11. def. 12.

Quare, &c.

Theor. 5. Prop. 5.

Contradictorij aduersorum, sunt contrarij.

Hy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b* : & sunto aduersi *A*, *B*.
Dico *a*, *b*, contrarios esse.

Demonstr.

def. 12. | *A* continet *b*; *B* continet *a*: ideoque *a* in *B*; & *b* in *A*
def. 11. | continetur: ergo *a*, *b*, sunt contrarij. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 6. Prop. 6.

Contradictorij diuersorum, sunt diuersi.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b* : & sunto diuersi *A*, *B*.
Dico *a*, *b*, diuersos esse.

Demonstr.

p. h. | Non enim *a*, *b*, sunt congruentes; alioquin *A*, *B*, es-
2. h. | sent congruentes: neque *a*, *b*, contradictorij; alio-
| quin *A*, *B*, essent contradictorij: neque *a*, contine-
3. h. | tur in *b*; alioquin *A*, contineret *B*: neque *a*, continet
| *b*; alioquin *A*, contineretur in *B*: neque *a*, *b*, sunt
4. h. | contrarij; alioquin *A*, *B*, essent aduersi: neque *a*, *b*,
| sunt aduersi; alioquin *A*, *B*, essent contrarij. Quæ
5. h. | omnia sunt contra hypothesim, qua dicitur quod
| *A*, *B*, sunt diuersi. Ergo etiam *a*, *b*, sunt diuersi.
def. 13. | Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 7. Prop. 7.

Congruentium alteruter, ad alterius cōtradictorium est contradictorius.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b* : & sunto *A*, *B*, congruentes.
Dico esse binos contradictorios *A*, *b*, & *B*, *a*.

Demonstr.

p. h. | Quoniam *A*, *B*, sunt congruentes; etiam *a*, *b*, sunt con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

def.7. def.6. def.7. p. h.

congruentes. Omne terminabile non termino *A*, eſt terminabile termino *a*; & eſt terminabile termino *b*. Item omne terminabile non termino *b*, eſt terminabile termino *B*; & eſt terminabile termino *A*. Ergo *A*, *b*, ſunt contradictorij. Ergo etiam *B*, *a*, ſunt contradictorij. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 8. Prop. 8.

Contradictoriorum alteruter, ad alterius contradictorium eſt congruens.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: item ſunto contradictorij *A*, *B*.

Dico *A*, *b*, eſſe congruentes; item *B*, *a*, congruentes.

Demonſtr.

2. h. def.7. def.6. p. h.

Quoniam *A*, *B*, ſunt contradictorij; etiam *a*, *b*, ſunt contradictorij. Omne terminabile termino *A*, eſt terminabile non termino *a*; & eſt terminabile termino *b*. Item omne terminabile termino *b*, eſt terminabile non termino *a*; & eſt terminabile termino *A*. Ergo *A*, *b*, ſunt congruentes. Ergo etiam *B*, *a*, ſunt congruentes. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 9. Prop. 9.

Continens, ad contenti contradictorium eſt aduerſus.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & *A*, contineat ipſum *B*.

Dico *A*, *b*, eſſe aduerſos.

Demonſtr.

3. h. def.12.

Quoniam *A*, continet *B*; *a*, continetur in *b*: & *b*, continet *a*; & *A*, continet *B*: ergo *A*, *b*, ſunt aduerſi. Quod, &c.
Quare, &c.

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 10. Prop. 10.

Contentus ad continentis contradictorium eſt contrarius.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & *A*, contineatur in *B*.
Dico *A*, *b*, eſſe contrarios.

Demonſtr.

9. *h.* | Quoniam *B*, continet *A*; *a*, *B*, ſunt aduerſi: Ergo
5. *h.* | *A*, *b*, ſunt contrarij. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 11. Prop. 11.

Diuerſorum alteruter, ad alterius contradictorium eſt diuerſus.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & *A*, *B*, diuerſi.
Dico *A*, *b*, eſſe diuerſos; item *a*, *B*, diuerſos.

Demonſtr.

7. *h.* | Non enim *A*, *b*, ſunt congruentes; alioquin *A*, *B*, eſ-
8. *h.* | ſent contradictorij: neque *A*, *b*, contradictorij;
9. *h.* | alioquin *A*, *B*, eſſent congruentes: neque *A*, con-
10. *h.* | tinet *b*; alioquin *A*, *B*, eſſent aduerſi: neque *A*, con-
def. 12. | tinetur in *b*; alioquin *A*, *B*, eſſent contrarij: neque
def. 11. | *A*, *b*, ſunt aduerſi; alioquin *A*, contineret *B*: ne-
def. 13. | que *A*, *b*, ſunt contrarij; alioquin *A*, contineretur
6. *h.* | in *B*. Quæ omnia ſunt contra hypotheſim, qua-
| dicitur, quod *A*, *B*, ſunt diuerſi: Ergo etiam *A*, *b*,
| ſunt diuerſi: ergo & *a*, *B*, ſunt diuerſi. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 12. Prop. 12.

Terminabile alterutro duorum limitantium, & non limitato; neque altero eſt terminabile.

Hypoth.

Ex duobus limitantibus *A*, *B*, eſto terminus limitatus *A*, *B*:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

& esto C, terminabile termino A, sed non limitato A, B.
Dico C, neque termino B, terminabile esse.

Demonstr.

def. 15. Si C, esset terminabile termino B; cum sit etiam terminabile termino A; esset terminabile vtrisque simul terminis A, B; & esset terminabile limitato A B, contra hypothesim. Ergo C, est terminabile non termino B. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 13. Prop. 13.

Terminabile cumulato termino, & non alterutro cumulantium; vtique altero est terminabile.

Hypoth.

Ex duobus cumulantibus A, B, esto terminus cumulatus A B: & esto C, terminabile cumulato A B, sed non termino A.
Dico C, terminabile esse termino B.

Demonstr.

def. 18. Si C, non esset terminabile termino B; cum neque sit terminabile termino A; non erit alterutro A, B, terminabile: neque erit terminabile cumulato A B, contra hypothesim. Ergo C, est terminabile termino B. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 14. Prop. 14.

Limitatus ad vnumquemlibet limitantium, aut est congruens, aut contentus.

Hypoth.

Ex duobus A, B, esto limitatus A B.
Dico limitatum A B, ad A, aut congruentem esse, aut contentum; & similiter ad B.

Demonstr.

def. 15. Nam omne terminabile limitato A B, est terminabile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

bile termino *A*: & vel è conuerſo, vel non. Si è
def 6. conuerſo; limitatus *A B*, ad *A*, eſt congruens. Si
def. 8. non è conuerſo; limitatus *A B*, continetur in *A*.
Ergo limitatus *A B*, ad *A*, vel eſt congruens, vel contentus. Similiter oſtendetur, quod limitatus *A B*, ad *B*, vel eſt congruens, vel contentus. Quę, &c.
Quare, &c.

Theor. 15. Prop. 15.

Cumulatus ad vnumquemlibet cumulantium, aut eſt congruens, aut continens.

Hypoth.

Ex duobus *A*, *B*, eſto cumulatus *A B*.

Dico cumulatum *A B*, ad *A*, aut congruentem eſſe, aut continentem; & ſimiliter ad *B*.

Demonſtr.

def: 18. Nam omne terminabile termino *A*, eſt terminabile cumulato *A B*; & vel è conuerſo, vel non. Si è
def. 6. conuerſo; cumulatus *A B*, ad *A*, eſt congruens.
def. 8. Si non è conuerſo; *A*, in cumulato *A B*, continetur. Ergo cumulatus *A B*, ad *A*, vel eſt congruens, vel continens. Similiter oſtendetur, quod cumulatus *AB*, ad *B*, vel eſt congruens, vel cōtinens. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 16. Prop. 16.

Limitatus ad cumulatum, quorum ijdem ſunt limitantes, & cumulantes, aut eſt congruens, aut contentus.

Hypoth.

Ex ijſdem *A*, *B*, ſunt limitatus *A B*, & cumulatus *A B*.

Dico limitatum *A B*, ad cumulatum *A B*, congruentem eſſe, vel contentum.

Demonſtr.

14. *h.* Limitatus *A B*, ad *A*, vel eſt congruens, vel conten-
15. *h.* tus. Et *A*, ad cumulatum *A B*, vel eſt congruens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

axx. vel contentus. Ergo limitatus *A B*, ad cumulatum *A B*, vel eſt congruens, vel contentus. Quod, &c. Quare, &c.

Theor. 17. Prop. 17.

Limitatus, & ex contradictorijs limitantium cumulatus, inuicem ſunt contradictorij.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & ex *A*, *B*, limitatus *A B*; & ex *a*, *b*, cumulatus *a b*.

Dico limitatum *A B*, & cumulatum *a b*, eſſe contradictorios.

Demonſtr.

def. 18. def. 7. Omne terminabile non cumulato *a b*, eſt terminabile non termino *a*, neque termino *b*: ideoque terminabile eſt termino *A*, & termino *B*: & vtriſque ſimul, & non ſeorſim; alioquin eſſet terminabile def. 15. vno, vel altero *a*, *b*: atque ideo etiam terminabile def. 15. eſt limitato *A B*. E' conuerſo, omne terminabile non limitato *A B*, eſt terminabile non vtroque def. 7. ſimul *A*, & *B*; ſed vel ſeorſim vno *A*, & non *B*, vel def. 18. vno *B*, & non *A*, vel neutro, non *A*, nec *B*: ideoque eſt terminabile, vel termino *b*, vel termino *a*: def. 7. & eſt terminabile cumulato *a b*. Ergo limitatus *A B*, & cumulatus *ab*, ſunt cōtradictorij. Quod, &c. Quare, &c.

Theor. 18. Prop. 18.

Cumulatus, & ex contradictorijs cumulantium limitatus, inuicem ſunt contradictorij.

Hypoth.

Sunto bini contradictorij *A*, *a*; *B*, *b*: & ex *a*, *b*, cumulatus *a b*; & ex *A*, *B*, limitatus *A B*.

Dico cumulatum *a b*, & limitatum *A B*, eſſe contradictorios.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Demonstr.

17. *h.* Limitatus *A B*, & cumulatus *a b*, sunt contradictorij. Quod, &c.

Quare, &c.

Theor. 19. Prop. 19.

Ex duobus congruentibus limitatus est vtrique congruens.

Hypoth.

Sunto *A*, *B* congruentes: & ex his limitatus *A B*.

Dico *A*, *B*, & limitatum *A B*, esse congruentes.

Demonstr.

def. 15. Omne terminabile limitato *A B*, est etiam terminabile termino *A*: & vel è conuerso, vel non. Si non;

12. *h.* assignetur *C*, terminabile *A*, & non limitato *A B*:

def. 6. eritque *C*, terminabile non termino *B*: & non erunt *A*, *B*, congruentes, contra hypothesim. Ergo omne terminabile termino *A*, est terminabile

def 6. limitato *A B*. Ergo *A*, & limitatus *A B*, sunt con-

ax. p. gruentes. Ergo *B*, & limitatus *A B*, sunt congruentes. Quod, &c.

Quare, &c.

Theor. 20. Prop. 20.

Ex duobus congruentibus cumulatus, est vtrique congruens.

Hypoth.

Sunto *A*, *B*, congruentes: & ex his cumulatus *A B*.

Dico *A*, *B*, & cumulatum *A B*, esse congruentes.

Demonstr.

def. 18. Omne terminabile termino *A*, est etiam terminabile cumulato *A B*: & vel è conuerso, vel non. Si

13. *h.* non; assignetur *C*, terminabile cumulato *A B*, & non termino *A*; ideoque terminabile termino *B*:

def. 6. & non erunt *A*, *B* congruentes, contra hypothesim. Ergo omne terminabile cumulato *A B*, est

def. 6. terminabile termino *A*. Ergo *A*, & cumulatus *AB*,

sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ax. p. | ſunt congruentes. Ergo *B*, & cumulatus *AB*, ſunt congruentes. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 21. Prop. 21.

Ex duobus contradictorijs nullus eſt limitatus.

Hypoth.

Sunto *A*, *a*, contradictorij.
Dico ex *A*, *a*, nullum eſſe limitatum.

Demonſtr.

def. 7. | Omne terminabile termino *A*, eſt terminabile non termino *a*: & è conuerſo. Ergo nullum eſt aſſignabile terminabile ſimul vtroque *A*, *a*. Etgo ex
def. 15. | *A*, *a*, nullus eſt limitatus. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 22. Prop. 22.

Ex duobus contradictorijs cumulatus eſt ſupremus.

Hypoth.

Sunto *A*, *a*, contradictorij.
Dico ex *A*, *a*, cumulatum eſſe ſupremum.

Demonſtr.

Aſſignetur terminus *B*, ſi poteſt, in quo cumulatus ex
def. 8. | *A*, *a*, continetur: eritque aliquod terminabile termino *B*, & non cumulato ex *A*, *a*; ideſt neque termino *A*, neque termino *a*: Ergo non omne terminabile non termino *A*, eſt terminabile termino *a*; & non omne terminabile non termino *a*, eſt
def. 7. | terminabile termino *A*: ideoque *A*, *a*, non ſunt contradictorij, contra hypotheſim. Ergo nullus eſt terminus, in quo cumulatus ex *A*, *a*, contineatur. Ergo cumulatus ex *A*, *a*, eſt ſupremus.
def. 14. | Quod, &c.
Quare, &c.

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 23. Prop. 23.

Ex duobus contento, & continente, limitatus congruit contento.

Hypoth.

A, continetur in *B*: & ex his limitatus est *AB*.

Dico *A*, & limitatum *AB*, esse congruentes.

Demonstr.

def. 15. Omne terminabile limitato *AB*, est terminabile termino *A*; & vel è conuerso, vel non. Si non: ergo aliquod terminabile termino *A*, erit terminabile non limitato *AB*: ideoque erit terminabile non termino *B*: & *A*, non continebitur in *B*, contra hypothesim. Ergo omne terminabile termino *A*, est terminabile limitato *AB*: Ergo *A*, & limitatus *AB*, sunt congruentes. Quod, &c.

12. h.

def. 8.

def. 6.

Quare, &c.

Theor. 24. Prop. 24.

Ex duobus continente, & contento, cumulatus congruit continenti.

Hypoth.

A, continet *B*: & ex his cumulatus est *AB*.

Dico *A*, & cumulatum *AB*, congruere.

Demonstr.

def. 18. Omne terminabile termino *A*, est terminabile cumulato *AB*: & vel è conuerso, vel non. Si non: erit aliquod terminabile cumulato *AB*, & non termino *A*: ideoque terminabile termino *B*: non ergo *B*, continebitur in *A*, contra hypothesim. Ergo omne terminabile cumulato *AB*, est terminabile termino *A*. Ergo *A*, & cumulatus *AB*, congruunt. Quod, &c.

13. h.

def. 8.

def. 6.

Quare, &c.

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 25. Prop. 25.

Ex duobus contrarijs, nullus eſt limitatus.

Hypoth.

A, *B*, ſunt contrarij.

Dico ex *A*, *B*, nullum eſſe limitatum.

Demonſtr.

def. 11. *def.* 8. *def.* 7. *def.* 15.

Quoniam *A*, *B*, ſunt contrarij, alteruter in alterius contradictorio continetur: & omne terminabile termino *A*, eſt terminabile non termino *B*; & omne terminabile termino *B*, eſt terminabile non termino *A*. Ergo non poteſt aſſignari terminabile vtroque ſimul *A*, *B*. Ergo ex *A*, *B*, nullus eſt limitatus. Quod, &c.

Quare, &c.

Theor. 26. Prop. 26.

Cumulatus ex contrarijs, continet cumulantes.

Hypoth.

A, *B*, ſunt contrarij: & ex his cumulatus *A B*.

Dico cumulatum *A B*, continere *A*, & continere *B*.

Demonſtr.

15. *h.* axx. *def.* 6. & 8. *def.* 11.

A, vel congtuit, vel continetur in cumulato *A B*. Si congrueret, quoniam cumulatus *AB*, vel congruit, vel continet ipſum *B*; ergo *A*, vel congrueret, vel contineret *B*; & omne terminabile termino *B*, eſſet terminabile termino *A*; & *B* non contineretur in contradictorio *A*; & non eſſent *A*, *B*, contrarij, contra hypotheſim. Ergo *A*, continetur in cumulato *A B*. Similiter oſtendetur quod *B*, continetur in cumulato *A B*. Ergo cumulatus *A B*, continet *A*, & continet *B*. Quod, &c.

Quare, &c.

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 27. Prop. 27.

Limitatus ex aduersis, in limitantibus continetur.

Hypoth.

A, *B*, sunt aduersi: & ex his limitatus *A B*.

Dico limitatum *A B*, in *A*, contineri, & in *B*, contineri.

Demonstr.

14. *h.* Limitatus *A B*, vel congruit, vel continetur in *A*. Si congrueret, quoniam limitatus *A B*, vel congruit,
axx. vel continetur in *B*; etiam *A*, vel congrueret, vel
def. 6. contineretur in *B*; & omne terminabile termino *A*,
& 8. esset terminabile termino *B*; & non esset aliquod terminabile termino *A*, & non termino *B*; & *A*, non contineret contradictorium *B*; & non essent
def. 12. *A*, *B* aduersi, contra hypothesim. Ergo limitatus *A B*, continetur in *A*. Similiter ostendetur, quod etiam continetur in *B*. Quæ, &c.

Quare, &c.

Theor. 28. Prop. 28.

Cumulatus ex aduersis, est supremus.

Hypoth.

A, *B* sunt aduersi: & ex his cumulatus *A B*.

Dico cumulatum *A B*, esse supremum.

Demonstr.

15. *h.* Cumulatus *A B*, continet, vel congruit *B*: & *B* conti-
def. 12. net contradictorium *A*: Ergo cumulatus *A B*, con-
axx. tinet contradictorium *A*. Sed cumulatus *AB*, con-
15. *h.* tinet, vel congruit *A*: non autem congruit, alio-
ax. 3. quin *A*, suum contradictorium contineret: Ergo cumulatus *A B*, continet *A*, & continet eius con-
def. 7. tradictorium. Sed omne terminabile, aut *A*, aut eius contradictorio est terminabile: ergo omne terminabile, est terminabile cumulato *A B*. Ergo
def. 8. nullus est alius terminus assignabilis, in quo cumu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

def. 14. latus *A B*, contineatur. Ergo cumulatus *A B*, est ſupremus. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 29. Prop. 29.

Limitatus ex diuerſis in limitantibus continetur.

Hypoth.

A, *B*, ſunt diuerſi: & ex his limitatus *AB*.
Dico limitatum *A B*, contineri in *A*, & contineri in *B*.

Demonſtr.

14. *h.* Limitatus *A B*, vel congruit, vel continetur in *A*. Si congrueret, quoniam limitatus *A B*, vel congruit,
axx. vel continetur in *B*; etiam *A*, vel congrueret, vel contineretur in *B*; & non eſſent *A*, *B*, diuerſi, con-
def. 13. tra hypotheſim. Ergo limitatus *A B*, continetur in *A*. Similiter oſtendetur, quod limitatus *A B*, continetur in *B*. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 30. Prop. 30.

Cumulatus ex diuerſis continet cumulantes.

Hypoth.

A, *B*, ſunt diuerſi: & ex his cumulatus *A B*.
Dico cumulatum *A B*, continere *A*, & continere *B*.

Demonſtr.

15. *h.* Cumulatus *A B*, vel congruit, vel continet *A*. Si
axx. congrueret, quoniam etiam congruit, vel continet *B*; etiam *A* congrueret, vel contineret *B*; &
def. 13. non eſſent *A*, *B*, diuerſi, contra hypotheſim. Ergo cumulatus *A B*, continet *A*. Similiter oſtendetur, quod cumulatus *A B*, continet *B*. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 31. Prop. 31.

Supremi termini ſunt congruentes.

Hy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Hypoth.

Sint ſupremi termini *A*, *B*.
Dico *A*, *B* eſſe congruentes.

Demonſtr.

def. 14. Nullus terminus eſt, in quo *A* contineatur: ergo omne
def. 8. terminabile, eſt termino *A*, terminabile. Et ſimi-
liter omne terminabile, eſt termino *B*, termina-
bile: ideoque omne terminabile alterutro *A*, *B*,
def 6. eſt & altero terminabile. Ergo *A*, *B*, ſunt con-
gruentes. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 32. *Prop.* 32.

Omnis non ſupremus terminus, in ſupremo termino continetur.

Hypoth.

Eſto non ſupremus terminus *A*: & eſto ſupremus *B*.
Dico *A*, in *B*, contineri.

Conſtructio.

poſt. p. Aſſumatur ipſius *A*, contradictorius *a*: & ex *A*; *a*
poſt. 3. cumulatus *A a*.

Demonſtr.

15. *h.* *A*, congruit, vel continetur in cumulato *A a*: cumu-
22. *h.* latus *A a*, eſt ſupremus; & congruit *B*: ergo *A* con-
31. *h.* gruit, vel continetur in *B*: ergo omne termina-
axx. bile termino *A*, eſt terminabile termino *B*. Simi-
def. 6. liter omne terminabile termino *a*, eſt terminabile
& 8. termino *B*: & non eſt terminabile termino *A*: ergo
def. 7. aliquod terminabile termino *B*, non eſt terminabi-
le termino *A*. Ergo *A*, non congruit *B*: ideoque
def. 6. *A*, in *B*, continetur. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 33. *Prop.* 33.

Supremus terminus nullum habet contradictorium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Hypoth.

Esto supremus terminus *A*.
Dico *A*, non habere contradictorium.

Constr.

post. 3. Assumatur si potest *a*, contradictorius ad *A*: & ex *A*, *a*, fiat cumulatus *A a*.

Demonstr.

22. h. Cumulatus *A a*, est supremus; & congruit ipsi *A*: *a*,
31. h. congruit, vel continetur in cumulato *A a*: ergo *a*,
15. h. congruit, vel continetur in *A*: & omne terminabi-
axx. le termino *a*, est etiã terminabile termino *A*. Ergo
def. 7. *a*, non est contradictorius ad *A*, contra assumptum. Ergo *A*, non habet contradictorium. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 34. Prop. 34.

Supremus terminus nullum habet contrarium.

Hypoth.

Esto supremus terminus *A*.
Dico *A*, non habere contrarium.

Demonstr.

def. 11. Si enim *A*, haberet contrarium, in eius contradicto-
def. 14. rio contineretur: sed *A*, cum sit supremus, non potest in aliquo termino contineri: ergo *A* non habet contrarium. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 35. Prop. 35.

Supremus terminus nullum habet aduersum.

Hypoth.

Esto supremus terminus *A*.
Dico *A*, nullum habere aduersum.

Demonstr.

def. 12. Si enim *A*, haberet aduersum, haberet etiam contradictorium, qui in ipso aduerso contineretur:

sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

33. *h.* | ſed *A*, non habet contradictorium: Ergo *A*, non habet aduerſum. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 36. Prop. 36.

Supremus terminus nullum habet diuerſum.

Demonſtr.

31. *h.* | Omnis terminus, vel ſupremus eſt, vel non ſupremus;
32. *h.* | & ad ſupremum terminum, vel eſt congruens, vel
def. 14. | contentus: ergo nullus terminus ad ſupremum terminum eſt diuerſus. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 37. Prop. 37.

Limitatus ex congruentibus, congruit cumulato.

Demonſtr.

19. *h.* | Sic enim limitatus congruit limitantibus: & ijdem
20. *h.* | limitantes, qui etiam ſunt cumulantes, congruunt
ax. p. | cumulato. Ergo limitatus, & cumulatus ex congruentibus, ſunt congruentes. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor 38. Prop. 38.

Limitatus ex continente, & contento, in cumulato ex ijſdem continetur.

Demonſtr.

23. *h.* | Limitatus ex continente, & contento, congruit con-
ax. 2. | tento; ideoque continetur in continente; & is con-
24. *h.* | gruit cumulato ex ijſdem: ideoque limitatus in
ax. 2. | cumulato continetur. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 39. Prop. 39.

Limitatus ex aduerſis, in cumulato ex eiſdem continetur.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Demonſtr.

27. *h.* 28. *h.* 32. *h.* Limitatus ex aduerſis, in alterutro limitantium continetur; & idem ipſe limitans, qui etiam cumulans, in cumulato, & ſupremo termino continetur. Ergo limitatus ex aduerſis in cumulato continetur.

Theor 40. Prop 40.

Limitatus ex diuerſis, in cumulato ex eiſdem continetur.

Demonſtr.

29. *h.* 30. *h.* ax. 4. Limitatus ex diuerſis in vtrolibet limitante continetur: & is limitans, qui & cumulans, in cumulato continetur: ergo limitatus ex diuerſis, in cumulato ex eiſdem continetur.

Theor. 41. Prop. 41.

Qui cum vno termino non collimitat, cum eius contradictorio collimitat.

Hypoth.

Sunto *A*, *a*, contradictorij; & *B* non collimitans cum *A*, Dico *B*, collimitare cum *a*.

Demonſtr.

19. 23. 27. & 29 *h.* 8. *h.* 19. *h.* *def.* 11. 23. *h.* Non enim *B*, *A*, ſunt congruentes; neque continens, & contentus; neque contentus, & continens; neque aduerſi; neque diuerſi: alioquin collimitarent aliquem terminum, contra hypotheſim: Ergo contradictorij ſunt, vel contrarij. Si *B*, *A*, ſunt contradictorij; ergo *B*, *a* ſunt congruentes, & collimitant. Si *B*, *A*, ſunt contrarij; ergo *B*, in *a*, continetur; & *B*, *a* collimitant. Quod, &c.

Quare, &c.

ARI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ARITHMETICÆ RATIONALIS ELEMENTVM SECVNDVM.

DEFINITIONES.

1 DIstinctio dicetur, duorum inuicem contradictoriorum terminorum assumptio.

2 Qui, distinctionis partes dicentur.

3 Bidistinctio dicetur, cum duorum distinctionum quatuor partes, quot plurimæ, quotque paucissimos terminos limitauerint; huiusmodi limitatorum assumptio.

4 Tridistinctio dicetur, cum trium distinctionum sex partes, quot plurimæ, quotque paucissimos terminos limitauerint; huiusmodi limitatorum assumptio.

5 Similiter Quadridistinctio, Quintidistinctio, aliæque deinceps definientur.

6 Quæ omnes generaliter Multidistinctionis nomine venient.

7 In bidistinctione, assumpti limitati termini, membra bidistinctionis dicentur.

8 Similiter in tridistinctione, dicentur tridistinctionis membra, & sic deinceps.

9 Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

9 Quæ membra ex duabus partibus limitata fuerint, bipartita dicentur.

10 Et ex tribus, tripartita. Et ſic deinceps.

11 Ipſa vero Bid ſtinctio, Tridiſtinctio, aut alia quælibet Multidiſtinctio, bimembris dicetur, cuius duo tantùm ſunt membra.

12 Et trimembris, cuius tria tantùm ſunt membra. Et ſic deinceps.

AXIOMA VNICVM.

OMne terminabile, aliquo ex membris, cuiuſque multidiſtinctionis, eſt terminabile.

THEO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

THEOREMA PRIMVM. PROPOSITIO PRIMA.

Bidiſtinctionis membra non ſunt plus, quam bipartita.

Demonſtr.

def. 1. *def.* 3. *def.* 7. 21. *p.* Nam duarum diſtinctionum quatuor termini, non poſſunt plures aſſumi, quàm duo, ad collimitandum vnum terminum. Si enim tres aſſumerentur, eſſent ex his duo contradictorij, qui non poſſunt collimitare.

Quare bidiſtinctionis membra non ſunt plus, quam bipartita.

Theor. 2. Prop. 2.

Tridiſtinctionis membra non ſunt plus, quàm tripartita.

Demonſtr.

def. p. *def.* 4. *def.* 8. 21. *p.* Nam trium diſtinctionum ſex termini non poſſunt plures aſſumi, quàm tres ad collimitandum vnum membrum. Si enim quatuor aſſumerentur, eſſent ex his duo contradictorij, qui non collimitant.

Quare tridiſtinctionis membra non ſunt plus, quam tripartita.

Theor. 3. Prop. 3.

Multidiſtinctionis membra non ſunt, plus quam eiuſdem numeri multipartita.

Patet inductione ex ſingulis multidiſtinctionum generibus, eadem methodo duarum præcedentium.

Theor. 4. Prop. 4.

Si duarum diſtinctionum quatuor partes, præter quam quod binæ ſingularum ſunt contradictoriæ, aliæ etiam fuerint contradictoriæ, erunt & aliæ congruentes.

Hypoth.

Sint duæ diſtinctiones, quarum binæ partes contradictoriæ *A*, *a*; *B*, *b*: & præterea contradictoriæ ſint *A*, *B*.

Dico *A*, *b*, eſſe congruentes; item *a*, *B*, congruentes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Demonstr.

8 p. Quoniam *B*, *b*, sunt contradictoriæ: & *B*, *A*, contradictoriæ: ergo *A*, *b*, sunt congruentes: & sunt etiam
p. p. *A*, *a*, contradictoriæ: ergo etiam *a*, *B*, sunt congruentes. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 5. Prop. 5.

Si duarum distinctionum quatuor partes aliquæ fuerint congruentes, præterquam quod binæ singularum sunt contradictoriæ, etiam aliæ erunt contradictoriæ.

Hypoth.

Sint duæ distinctiones, quarum binæ partes contradictoriæ *A*, *a*; *B*, *b*: & sunto *A*, *B* congruentes.

Dico etiam *A*, *b*, esse contradictorias; & *a*, *B*, contradictorias.

Demonstr.

7. p. Quoniam *A*, *B*, sunt congruentes; & *B*, *b*, contradictoriæ: ergo etiam *A*, *b*, sunt contradictoriæ: & quo-
2. p. niam *A*, *a*, sunt contradictoriæ: ergo etiam *a*, *B*, sunt contradictoriæ. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 6. Prop. 6.

Duæ distinctiones, quarum partes omnes binæ contradictoriæ sunt, vel congruentes, pro vna distinctione reputantur; vt ex his bidistinctio bimembris, perinde sit atque simplex distinctio.

Demonstr.

19. p. Nam duæ congruentes collimitant vnum membrum:
p. p. & earum contradictoriæ, quæ inuicem sunt congruentes, aliud collimitant contradictorium mem-
21. p. brum: neque verò ex contradictorijs possibile est tertium aliquod limitatum membrum efficere.
def. 11. Quare bidistinctio est bimembris, & duorum contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

def. 1. tradictoriorum membrorum, perinde atque duarum partium vna distinctio. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 7. Prop. 7.

Multæ distinctiones, quarum partes binæ contradictorie sunt, vel congruentes, pro vna distinctione reputantur, vt ex his multidistinctio, perinde sit atque simplex distinctio.

Demonstr.

Nam, vt in præcedenti, multidistinctio est bimembris, & duorum membrorum contradictoriorum, perinde atque duarum partium vna distinctio.

Theor. 8. Prop. 8.

Bidistinctio non est plus, quam quadrimembris.

Hypoth.

Duæ sint distinctiones ex binis partibus *A*, *a*; *B*, *b*.
Dico bidistinctionem non plus, quam quadrimembrem esse.

Demonstr.

21. p. Nam duo termini vnius distinctionis, non collimitant. Cætero qui si duo *A*, *a*, in duos *B*, *b*, singuli in singulos ducti, collimitant, non plures faciunt, quam quatuor terminos limitatos, *AB*, *aB*, *Ab*, *ab*,
def. 7. quæ sunt quatuor bidistinctionis mēbra. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 9. Prop. 9.

Tridistinctio non est plus, quam octomembis.

Hypoth.

Sunto tres distinctiones ex binis partibus *A*, *a*; *B*, *b*; *C*, *c*.
Dico tridistinctionem non plus, quam octomembrem esse.

Demonstr.

8. h. Nam duarum distinctionum *A*, *a*; *B*, *b*, non plures possunt esse, quam quatuor termini limitati *AB*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

aB; *Ab*, *ab*: qui in duos *C*, *c*, ſinguli in ſingulos ducti, ſi collimitant, non plures terminos limitatos faciunt, quam octo *ABC*, *aBC*, *AbC*, *abC*,
def. 8. *ABc*, *aBc*, *Abc*, *abc*, quæ ſunt octo tridiſtinctionis membra. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 10. Prop. 10.

Multidiſtinctio non eſt plurium membrorum, quàm ſit numerus poteſtatis à binario, quam multitudo ipſa diſtinctionum denominat.

Demonſtr.

8. *h.* Nam bidiſtinctio nõ eſt plurium membrorum, quam ſecunda poteſtas à binario: & tridiſtinctio, non
9. *h.* plurium, quam tertia poteſtas: ſimili præcedentium demonſtratione oſtendetur, quod quadridiſtinctio, non plurium eſt, quam quarta poteſtas; & quintidiſtinctio, non plurium, quam quinta poteſtas: & ita deinceps.
Quare, &c.

Theor. 11. Prop. 11.

Si duarum diſtinctionum partes vnius ad partes alterius, vna ad vnam, fuerit contraria; erit altera ad alteram, aduerſa; & vna ad alteram contenta; & altera ad vnam, continens.

Hypoth.

Sint duæ diſtinctiones ex binis contradictorijs *A*, *a*; *B*, *b*: & ſint *A*, *B*, contrariæ.

Dico *a*, *b*, aduerſas eſſe; & *A*, in *b*, contineri; & *a*, continere *B*.

Demonſtr.

4. *p.* Quoniam *A*, *B*, ſunt contrariæ; *a*, *b*, ſunt aduerſæ; *A*,
def. 11. in *b*, continetur; & *a*, continet *B*. Quæ, &c.
p. Quare, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 12. Prop. 12.

Si duarum diſtinctionum partes vnius ad partes alterius, vna ad vnam fuerit aduerſa; erit altera ad alteram contraria; & vna ad alteram continens; & altera ad vnam contenta.

Hypoth.

Sint duæ diſtinctiones ex binis contradictorijs *A*, *a*; *B*, *b*: & ſint *a*, *b*, aduerſæ.

Dico *A*, *B*, contrarias eſſe; & *a*, continere *B*; & *A*, in *b*, contineri.

Demonſtr.

5. p. def. 12. p. | Quoniam *a*, *b*, ſunt aduerſæ; *A*, *B*, ſunt contrariæ; *a*, continet *B*; & *A*, in *b*, continetur. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 13. Prop. 13.

Si duarum diſtinctionum partes vnius ad partes alterius, vna ad vnam fuerit continens; erit altera ad alteram contenta; & vna ad alteram aduerſa; & altera ad vnam contraria.

Hypoth.

Sint duæ diſtinctiones *A*, *a*; *B*, *b*: & eſto *a*, continens *B*.

Dico *A*, in *b*, contineri; & *a*, *b*, aduerſas; & *A*, *B*, contrarias eſſe.

Demonſtr.

3. p. 9. p. 10. p. | Quoniam *a*, continet *B*; *A*, in *b*, continetur; & *a*, *b*, ſunt aduerſi; & *A*, *B*, contrarij. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 14. Prop. 14.

Si duarum diſtinctionum partes vnius, ad partes alterius, vna ad vnam fuerit diuerſa; erunt diuerſæ altera ad alteram; & vna ad alteram: & altera ad vnam.

Hypoth.

Sint duæ diſtinctiones *A*, *a*; *B*, *b*: & ſunto *A*, *B*, diuerſæ.

Dico *a*, *b*, diuerſas eſſe; item *A*, *b*, & *a*, *B*, diuerſas eſſe.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Demonstr.

6. p. | Quoniam *A*, *B*, sunt diuersæ; etiam *a*, *b*, sunt diuersæ;
11. p. | & *A*, *b*, & *a*, *B*, sunt diuersæ. Quæ, &c.
Quare, &c.

Theor. 15. Prop. 15.

Si duarum distinctionum partes sunt diuersæ, bidistinctio est quadrimembris.

Hypoth.

Sunto duæ distinctiones *A*, *a*; *B*, *b*: & sunto diuersæ *A*, *B*.
Dico bidistinctionem esse quadrimembrem.

Demonstr.

14. h. | Quoniam *A*, *B*, sunt diuersæ; etiam *A*, *b*; & *a*, *B*; &
29 p. | *a*, *b*, sunt diuersæ: & ex his limitati quatuor termi-
def. 7. | ni *A B*, *A b*, *a B*, *a b*, quæ sunt quatuor bidistinctio-
h. | nis membra. Quod, &c.
Quare, &c.

Theor. 16. Prop. 16.

Si duarum distinctionum partes, neque diuersæ sunt, neque congruentes, aut contradictoriæ, bidistinctio est trimembris.

Hypoth.

Sunto duarum distinctionum vnius, & alterius partes non congruentes, neque contradictoriæ, neque diuersæ.
Dico bidistinctionem esse trimembrem.

Demonstr.

11. h. | Erunt enim contrariæ; & aduersæ; & contenta, & con-
12. h. | tinens; & continens, & contenta: & cum ex con-
13 h. | trarijs non sit limitatus aliquis terminus; supersunt
25. p. | ex aduersis vnus; ex continente, & contento vnus;
27. p. | ex contento, & continente vnus; tres limitati ter-
23. p. | mini, quæ tria sunt bidistinctionis membra.
def. 7. | Quod, &c. Quare, &c.
h.

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Theor. 17. Prop. 17.

Duarum diſtinctionum, quæ non ſunt vna diſtinctio, bidiſtinctio non minus eſt quam trimembris.

Demonſtr.

6. *h.* Quoniam enim duæ diſtinctiones non ſunt vna diſtinctio, earum partes non ſunt congruentes, neque contradictoriæ, neque bidiſtinctio eſt bimembris.

15. *h.* 16 *h.* Quod ſi partes eſſent diuerſæ, bidiſtinctio eſſet quadrimembris. Sed ſi partes neque congruentes, neque diuerſæ ſunt, bidiſtinctio eſt trimembris. Quare duarum diſtinctionum, quæ non ſunt vna diſtinctio, bidiſtinctio non minus eſt quam trimembris.

Theor. 18. Prop. 18.

Omnis multidiſtinctionis membra, cuiuſque eius diſtinctionis aliqua pars limitat.

Demonſtr.

def. 3. *et* 4. *h.* Nam ſi cuiuſpiam diſtinctionis nulla pars ad limitandum concurreret; vtique non ipſa eſſet eius multidiſtinctionis diſtinctio, contra hypotheſim.

Quare, &c.

Theor. 19. Prop. 19.

Omnia multidiſtinctionis membra ſingula, cuiuſque diſtinctionis aliqua pars limitat.

Demonſtr.

def. 7. *p.* Nam omne aliquo termino terminabile, alterutra diſtinctionis parte eſt terminabile: vnde ad ſingula

41. *p.* multidiſtinctionis limitanda membra, ſingulæ di-

def. 9. *h.* ſtinctiones vnam, vel alteram partem conferunt.

Quare, &c.

Theor. 20. Prop. 20.

Omnia multidiſtinctionis membra, non vna eadem alicuius diſtinctionis limitat pars.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Demonstr.

21. p. Nam omne terminabile altera eiusdem distinctionis parte, nullo ex membris multidistinctionis esset terminabile, contra axioma vnicum huius elementi.

Quare, &c.

Theor. 21. Prop. 21.

Omnia multidistinctionis membra, omnibus eius distinctionum partibus congruunt, vel in ijs continentur.

Hypoth. p.

Sunto duarum distinctionum quatuor partes *A*, *a*; *B*, *b*.

Dico omnia bidistinctionis membra, vel congruere singulis partibus *A*, *a*; *B*, *b*, vel in ijs contineri.

Demonstr.

post. 2. Vel enim *A*, *B*, collimitant, vel non: si collimitant, fiat ex his limitatus *A B*: si non collimitant *A*, *B*; ergo *A*, *b*, collimitant; fiat ergo ex his limitatus
41. p. *A b*. Ergo duarum distinctionum saltem vnus est ex terminis limitatis, *A B*, *A b*, qui bidistinctionis est membrum, & congruit, vel continetur in *A*.
34. p. Simili demonstratione ostendetur, quod bidistinctionis vnum saltem est membrum ex duobus *A B*, *a B*, quod continetur in *B*. Item quod vnum saltem est ex duobus *a B*, *a b*, quod continetur in *a*: & vnum saltem ex duobus *A b*, *a b*, quod continetur in *b*. Quare omnia bidistinctionis membra singulis partibus *A*, *a*, *B*, *b*, congruunt, vel in ijs continentur.

Hypoth. 2.

Sunto trium distinctionum sex partes *A*, *a*; *B*, *b*; *C*, *c*.

Dico omnia tridistinctionis membra, vel congruere singulis partibus *A*, *a*, *B*, *b*, *C*, *c*, vel in ijs contineri.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Demonstr.

Vel enim *A*, *B*, collimitant, vel non: si collimitant,
post. 2. fiat limitatus *A B*; qui cum *C*, collimitat, vel non:
si collimitat, fiat limitatus *A B C*: si non collimitat *A B*, cum *C*, collimitat cum *c*; fiat ergo limita-
41. p. tus *A B c*. Quod si *A*, *B*, non collimitant; ergo *A*, *b*, collimitant; & ex his fiat limitatus *A b*: qui cum *C*, collimitat, vel non: si cum *C*, collimitat, fiat limitatus *A b C*: si *A b*, non cum *C*, collimitat; ergo cum *c*, collimitat; & fiat limitatus *A b c*. Trium itaque distinctionum saltem vnus est ex quatuor terminis limitatis, *ABC*, *ABc*, *AbC*, *Abc*; qui tridistinctionis est membrum, & congruit, vel
14. p. continetur in *A*. Simili demonstratione ostendetur, quod tridistinctionis membra sunt, quæ congruunt, vel continentur in singulis *B*, *C*, *a*, *b*, *c*. Quare omnia tridistinctionis membra singulis partibus *A*, *a*, *B*, *b*, *C*, *c*, congruunt, vel in ijs continentur.

Similiter de alijs multidistinctionibus demonstrabitur.

Quare, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.325

ARITHMETICÆ RATIONALIS ELEMENTVM TERTIVM.

DEFINITIONES.

